



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et  
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.  
Canonum Ordinarii Professoris**

**Laymann, Paul**

**Dilingæ, 1666**

Capitvlvm Vnicvm eod. Tit.. in 6. Altercationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](#)

## CAPITVLVM VLT.

A nobis.

## PARAPHRASIS,

Subdiaconus, qui de facto tantum (cum de jure non posset) viduam in uxorem duxit, licet vere bigamus non sit (cum matrimonium validum non fuerit) tamen quasi cuiusdam bigamiae (quam interpretationem vocant) indisponibilem irregularem contraxisse censendus est: Non propter defectum Sacramenti (cum nullum hic matrimonij Sacramentum fuerit) sed propter prauam matrimonij contrahendi intentionem, cum opere subsecuto,

## S V M M A R I V M .

1. Clericus in sacris constitutus viduam in uxorem inuidit ducens, & cognoscens, perinde irregularis est censendus, ac si vere bigamus esset.
2. Si autem Virginem ducat, bigamus non censetur, irregularitatem tamen contrahit, licet dispensabilem ab Episcopo,

**N**O T A N D V M Vn. Si Clericus in sacris constitutus viduam in uxorem inuidit ducat, & cognoscat, irregularis censeri debet, perinde ac si bigamus sit,

Sed quid? Si Clericus in sacris, vel Religiosus virginem ducat? Respondeo; Talem bigamum non censeri; nihilominus irregulari-

laritatem, quamvis dispensabilem ab Episcopo contrahere, uti habetur c. sanè, 4. de clericis coniugatis, & dicitur. c. 6. num. 6. §.

CAPITVLUM VNICVM  
eod. Tit. in 6.

## Altercationis.

## S V M M A R I V M .

Bigamus priuatus est omni priuilegio clericorum, & est subiectus foro seculari, prohibetur etiam ei sub excommunicacione, ne habitum & tonsuram more clericorum deferat.

**D**ubitatum olim fuit, vtrum Clerici (intellige de ijs, qui in minoribus constituti sunt) si alteram uxorem ducant, vel viduam, aut corruptam, clericalibus priuilegijs gaudere possint? Aliqui enim affirmabant, (adentes Episcopum cum talibus dispensare posse, vt supra dixi c. 2.) Sed contrarium hic definit Gregor. X. in Concil. Lugdun. Eiusmodi bigamos omni priuilegio clericorum priuatos esse, & iurisdictioni fori secularis subiectos, quauis consueti: ne non obstante. Eisdem quoque sub excommunicationis inferendae pena prohibetur, ne habitum & tonsuram clericorum more deferant. Idem quoque decretum olim fuerat à Siricio Papa in c. quisquis, d. 84. Vide quæ dixi lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 3.

T I T V L V S XXII.  
DE CLERICIS PEREGRINIS.

## CAPITVLUM I.

Tua.

## S V M M A R I V M .

1. Iure antiquo clericis transmarini, & alij peregrini non erant suscipiendi, nisi quinque Episcoporum chirographis fa-

dem faciant de sua ordinatione.

2. Nono iure Trident. sine commendatitie suis Ordinarij literis a nullo Episcopo ad diuinam celebranda, & Sacraenta administranda admitti debent.
3. Quomodo differant literæ dimissoriae, testimoniales, commendatitiae, & formatae.

Bbbb

4. Cle